UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Septiceps Lvthervs, Vbiqve Sibi, Svis Scriptis contrarius, in visitationem Saxonicam

Cochlaeus, Johannes

Parisiis, 1564

Conclusio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35803

Visual Library

Concluſio.

Attende, quæſo, pia mater inclyta Germania, quid hoc de monſtro, ſub figura Ieſabel, tibi dicat filius Dei, Noui opera tua, & fidem, & charitatem tuam, & miniſterium & patientiam tuam, & opera nouiſsima plura prioribus: Sed habeo aduerſus te pauca, quia permittis mulierem Ieſabel, quæ ſe dicit prophetem, docere & ſeducere ſeruos meos, fornicari & manducare de Idololathitis: Et dedi illi tempus vt pœnitentiam ageret, & non vult pœnitere à fornicatione ſua, Ecce ego mitto eam in lectum, & qui mœchantur cum ea, in tribulatione maxima erunt, niſi pœnitentiam ab operibus ſuis egerint, & filios eius interficiam in mortem. Et ſcient omnes Eccleſiæ, quia ego ſum ſcrutans renes & corda. Et dabo vnicuique veſtrûm ſecundum opera veſtra.